

2-25-94

What would be, if numbered, pages 15, 16, 17, were found by M. G. Shields to be out of order. - I have put them in proper order, so we have

Quid sit videtur Deum	- p. (15)
Primo	- p. (16)
Secundo	- p. (17)
Tertio	

The next two which, if numbered, would be 18, 19 were also out of order. I have put them in proper order

Natura dicitur	p. (18)
1. 2.	
3.	p. (19)

Feb. 25 / 94

F. E. C.

De Novissimis

Ea quae ultimo accidunt sive singulis hominibus sive toti mundo

Ex SScr

a "Ultimum tempus" est totum tempus messianicum, ad quod prius erat praeparatio. Ita prophetae et NT. vide Zorrell, sv eskhatos

b Quod tempus iam incepit a primo Xti adventu: Act 2 17; Hebr 1 2; I Petr 1 20

c At maxime ita vocatur secundus Xti adventus: Io 6 39s; 11 24; 12 48 I Petr 1 5

d Praeterea, novissima vocantur ea quae singulis hominibus ultima sunt

"In omnibus operibus tuis memorare ~~quae~~ novissima tua, et in aeternum non peccabis" Eccli 7 40

Quare

a De Beatitudine civitatis caelestis

b De poenis aeternis et infernalibus

c De hora discriminis, seu de morte

d De iudicio particulari

e De intermedio statu purgatorii

f De suffragiis pro defunctis

g De secundo Xti adventu

i De resurrectione corporum

j De iudicio generali

Apud Lennerz, De Novissimis, Romae 1931

Pesch, vol III tract II, De Deo fine ultimo

vol. IX tract II, De Novissimis

Dugas, folia inter manus

DTC: ciel, gloire, beatitude, enfer, purgatoire, etc.

Hactenus de notione generali tractatus, de tractatu obiective sumpto; pauca dicenda sunt de tractatu subjective considerato, scdm 2am additionem meditationis, Quid ergo volumus.

Sciendum est quid velimus: animalia aguntur, sed homo se movet, se agit; et quidem se agit in quantum cognoscit et vult finem nisi cognoscit et vult, non agit sed agitur; hęc et illac per sonitum campanae agitur, per unum annum, duos, tres, quattuor, quando tandem tandem liberatur

Maxime sciendum est quid velimus in acquisitione scientiae.

Professor se habet ad mentem scientiam discipuli, sicut medicus ad sanitatem aegroti; medicus adiuvat naturam, tuae ipsa sanitatem efficit; medicamenta, incisiones, etc., non faciunt sanitatem sed remouent prohibentia et adiuuant efficientem naturam.

Similiter professor non facit scientiam in discipulo; hoc facit unius cuiusque intellectus agens, mirando, quaerendo, inueniendo rationes, connectiones, causas (scientia est cognitio per causas); Professor nihil facit nisi signa quaedam externa praesentare, sonos in aere, notas in tabula nigra.

Ipsi discipuli faciunt scientiam suam.

Quid ergo velimus.

Est aliquod minimum. Quenam theses enuntiatio, quemadmodum termini definiuntur, quenam nota theses, quomodo ex SScr, PP, trad CC et TT probatur, quomodo objectionibus respondetur.

Attamen hoc haud inspirat entusiasmum. Re vera adeptio huius facultatis dicendi est potius signum scientiae quam ipsa scientia acquirenda. Hic catalogus dicit quid expectant examinatores; non dicit quid ipse velle possum. Quid est hoc quod volo.

De revelatione, theologia, dogmate

De revelatione, theologia, dogmate.

Revelatio: locutio Dei ad homines; praecise illa quae in fontibus nostris continetur, scilicet in libris scriptis et sine scripto traditionibus, DB 1787 (cf 783)

Quamvis mysteria contineat (DB 1786), aliquam tamen Deo dante mysteriorum intelligentiam assequi possumus DB 1796

Finis intellectus nostri qui propria ratio dicitur quia pedetentim procedit est universum in systema connexum redigere et systematice redactum contemplari

"ad hoc quod habeatur propria et perfecta cognitio de aliquo effectu, oportet quod in cognoscente congregentur omnes cognitiones causarum propriarum et communium; et hoc est quod Philosophus dicit in 1 Phys: 'tunc cognoscere dicimur unumquodque cum causas cognoscimus et principia usque ad elementa'" De Ver 2 4 c

Quae perfecta redactio systematica mysteriorum habere non possumus. DB 1796.

Tendentia tamen hunc in finem est theologia, intus-susceptio et assimilatio, revelationis ad nutrimentum totius vitae, praedicationis Dogma denique est strictissimo sensu: DB 1792.

revelatio Ktiss

*cum Ate
equatione
relativi*

Proinde in tractatu de novissimis, alia sunt revelata, alia theologica, alia dogmatica; quae inter se vitaliter sunt connexa; ne eripias revelatum et dogmaticum a theologico elemento

Clarissime revelantur Hierosolyma caelestia, vita aeterna, thesaurus in caelis.

Atque theologus ut secernat metaphoras, ut clare et distincte veritatem apprehendat, oculos figit in rationibus prorsus philosophicis. Nihil fere de beatitudine in SScr; at P. Paesch, qui speculativus non creditur, totum tractatum de beatitudine fecit.

Loquitur SScr de infernis; loquitur clare de aeternitate huius poenae, at non tam clare et distincte ut theologus aut catechismus

Haud clare continetur purgatorium, et nihil de iudicio particulari in SScr; at adest exigentia systematica, cui exigentiae cedit theologus quantumvis positivus, ut pari amplitudine de inferno, de purgatorio, de iudicio particulari loquatur.

Multa adsunt fine mundi, at prophetica et obscura; unde theologi brevius hanc rem expediunt pro sua ignorantia.

Dogma denique est posterius tum revelationi tum theologiae generatim; raro omnino dogmatice definiuntur ea quae explicite et formaliter in SScr continentur; regulariter ea definiuntur quae virtualiter tantum, seu formaliter et implicite ibi habentur; quatenam vero adsint implicite seu virtualiter, per inquisitionem theologiam determinatur; nam ut cognoscatur implicitum seu virtualiter dictum, supponatur systema aliquod necesse est, systema utique necessarium at nihilominus systema.

Beatitudinis Notio

Boethius: status omnium bonorum congregatione perfectus
De consol phil, lib 3 pros 2 PL 63 724
cf I-II 4 7 2m (definitio per id quod eminenter in beatitudine
continetur)

Bonaventura: finis satians nostrum appetitum (4 d 49 p 1 a 1 q 1)
vel satians effective sicut objectum, vel satians informative
sicut perfectio (ibid q 6)
Aq Admittit quod est finis, quod satiat nostrum appetitum
(I-II 2 7 c), quod adest distinctio inter finem in se et adaptionem
finis (I-II 1 8; qq 2 et 3)
Attamen ponit satiationem appetitus inter propria; est consecrarium
visionis (I-II 4 2 c)

Beatitudo apud Aquinatem

I 26 (Dei); I 62 (angelorum); I-II 1-5 (hominum); I 12 (de cognitione Dei)
et loca parallela

I 26 1 c: "bonum perfectum intellectualis naturae"

"Utrumque autem istorum maxime-Dee excellentissime Deo
convenit, scilicet esse perfectum et intelligentem. Unde beatitudo
maxime convenit Deo" (beatitudo = esse perfectum et hoc cognoscere)

I 62 1 c: "ultima perfectio rationalis seu intellectualis naturae"

"unde est quod naturaliter desideratur" cf I 12 1 c

cf I-II 3 2 ultima hominis perfectio

imperfecta: quam asse ui possunt virtute suae naturae/discursu
de qua Aristoteles, hac in vita; angeli statim sine

perfecta: quam in futuro expectamus
quae excedit facultatem naturae

cf. I-II 5 3; 4 5-8

I 62 4 c: Deo idem est esse et beatum esse (ie perfectum et intelligentem)
caeteris beatitudo est ultimus finis (I-II 3 1 lm per participat

(ie actus purus, et potentia ad actum seu finem ultimum)

per operationem (ie actuatio, actus potentiae: cf forma, esse)

factivam finis, sicut medicatio est factiva sanitatis

meritoria finis, expectatur ex dono alterius

meritoria: ex debito naturae, existentis naturae

ex debito gratiae, radicaliter est donum

I-II 1 8 c: finis in se (I-II q 2) et adeptio finis (I-II q 3)

beatitudo obiectiva et formalis

I-II 4 5 c (cf aa 6-8): ad esse beatitudinis

ad bene esse eiusdem (ratione multiplicatis poter

beatitudo esse essentialis et accidentalis

I-II 4 2 c: principale in beatitudine essentiali ex quo caetera

necessaria ad esse beatitudinis profluunt

derivata, profluentia (amor gaudium)

/propria

interdum dicitur essentia metaphysica beatitudinis contra

I-II 2 7 c: bonum perfectum complens boni appetitum

I-II 4 7 2m: omnia bona in Deo tamquam eminenter in fonte, relate
ad definitionem Boethii

De visione Dei in sua habitudine ad finem ultimum, caritatem, gaudium

1. Finis ultimus qui, est ipse Deus in se.

2. Finis ultimus quo, est Deus ut forma intellectualis electorum.
De multiplicitate in unitatem. Regnum caelorum. Corpus mysticum in termino.

3. Visio Dei per essentiam est id quod est primum natura sua in constitutione huius unitatis; ex quo sequuntur omnia quae pertinent ad civitatem caelestem.

In se est unio multorum in unum; perfectio per actum infinitum; perfectio cognitionis; ultima perfectio naturae intellectualis

Per consequens intrinsecum est maxima delectatio: delectatio enim est aspectus actus elicit.

4. Voluntas est appetitus sequens intellectum. Apprehensio boni infiniti causat necessario maximum amorem; ~~et cum~~ et cum obiectum amatum est possessum, unitum, plene cognitum, habetur amor non in statu desiderii sed in statu gaudii, quietis, fruitionis.

5. Qui amor est amor amicitiae

Daemones et damnati maxime concupiscunt videre Deum, satiari appetitum naturalem infiniti. Id quod volunt non est ~~bonum~~ bonum simpliciter sed bonum quia bonum sibi, satisfactionem appetitus. ***

de la glorie → Cf. in civitate. Bonus politicus vult bonum commune, id quod esse debet; propter hoc bonum obiectivum, potest velle negligere bonum privatum usque ad iacturam propriae vitae. Tyrannus pariter vult bonum commune, stabilitatem et prosperitatem civitatis, non tamen tamquam bonum obiectivum, bonum commune quod esse debet, sed tamquam bonum sibi, tamquam medium ad suum honorem, divitias, delectationes. Est ~~ordo~~ amor inordinatus. Est voluntas irrationabilis.

egoismus/ Capaces sumus amoris amicitiae: naturaliter quia voluntas sequens intellectum vult id quod est secundum rationem (bonum sibi: commensuratum appetitui, id est, rationale -- bonum sibi: medium ad ~~sua~~ fines, / inordinatio); supernaturaliter, ex habitu caritatis, circa ea quae pertinent ad Deum uti est in se.

*** Daemones et damnati se faciunt centrum universi: ordinant caetera ad se ipsos; pro daemonibus et damnatis, ultimus finis, id quod est propter se simpliciter, cuius gratia sunt omnia alia, est ipse daemon, damnatus.

Compossibiles sunt amor amicitiae et amor concupiscentiae, modo amor concupiscentiae est ordinatus, modo amat Deum propter ipsum Deum, et caetera propter Deum, ideoque "ama vicinum sicut te ipsum"

Finis ultimus qui: id quod simpliciter est propter se; id cuius gratia sunt omnia alia

Finis ultimus quo: id quo alia constituuntur propter finem ultimum qui; gloria Dei externa, obiectiva et formalis.

bonum sibi | velle quod est bonum sibi: concupiscentia appetitui - principium metaphysicum
| velle quia est bonum sibi: amor concupiscentiae → peccatum si ipse sibi sit finis ultimus - unum propter se
→ hoc includit bonum sibi hoc, bonum sibi propter se → bonum, si ordinatum

De visione Dei in ordine ad alia.

Finis ultimus qui est id cuius gratia sunt alia simpliciter omnia. Hic est Deus cuius gratia omnia alia sunt et operantur.

Circa finem ultimum qui homo recte se habet per caritatem: caritas enim est velle Deum esse finem ultimum quod. Notate voluntatem esse magis obiectivam quam intellectum: verum enim in mente est, sed bonum in rebus.

Finis ultimus quo est id quo ultimo omnia alia sunt propter finem ultimum qui.

Hic finis est gloria Dei externa, manifestatio perfectionis divinae, tum obiective quatenus hanc perfectionem creaturae imitantur et exhibent, tum formaliter quatenus eam cognoscant, amant, laudent. Qui finis ultimus formalis per visionem beatificam constituitur ultimo.

Visio in se est maxime delectabilis: delectatio intellectualis inter maximas, circa maximum obiectum, sine fine

Visio causat maximam caritatem: in terris caritas debilitatem patitur eo quod voluntas sequitur intellectum, sed intellectus Deum non videt; in caelis quod maxime est amabile in se videbitur et aeternaliter contemplabitur.

Haec caritas erit cum maximo gaudio: nam gaudium est quies appetitus in fine adepti

Praeterea, visione constituitur regnum caeleste in quo omnes homines inter se unientur quia visione Dei informante unientur; in hac civitate, in hoc mystico corpore perfecto perfectus erit ordo, caritas mutua, qua omnes proximum propter Deum debito ordine amabunt.

Bonum sibi dupliciter dicitur: uno modo, ut subordinatur volitum volenti; hoc volo propter me ipsum ut finem; alio modo, convenientia inter appetitum et appetibile; et sic dicit principium metaphysicum.

Voluntas, appetitus rationalis, tendit in bonitatem ordinis intelligibilis; unde est contra naturam voluntatis ut homo, qui non est finis ultimus qui, se faciat finem ultimum qui

Daemones desiderant visionem amore concupiscentiae, propter se ipsos, et quidem amore concupiscentiae deordinato, propter se ipsos ut fines ultimos qui.

Quod desiderium naturale visionis non pugnat cum eiusdem super-naturalitate.

1. Hoc desiderium oritur a natura; sed a natura non quaeritur desideratum; hoc naturae ~~ex~~ propriis innitenti viribus impossibile cognoscitur. Desiderium in eo consistit quod aliquid a Deo speratur.

2. Hoc desiderium a natura ortum et ex bonitate Dei sperans bonum maximum non est absolutum sed conditionatum. Desiderat a Deo modo Deus velit. *Desiderium hoc est naturale rationis originis, supernaturale rationis finis. Unde est desiderium naturae vel quod impleretur et*

3. Si hoc desiderium non impletur quia Deus non elevat ad ^{supernaturalem} vitam supernaturalem, homo potest habere omnia quae vult; *est conditionatum* nam homo bonus nihil vult quod Deus ei largiri non velit.

Aliter tamen est si hoc desiderium non impletur quia homo recusat libere oblatam a Deo elevationem; tunc enim per culpam ~~ipsius~~ desiderantis non impletur desiderium; aeternaliter damnati hanc suam culpam lugent, non sane ex amore Dei sed ex amore sui.

4. Beatitudo naturalis est finis ultimus seu ultima perfectio naturae intellectualis ipsi naturae proportionata.

Talis beatitudo non satiat omne desiderium homini possibile, sed satiat omne desiderium quod homo bonus actu vult satiatum.

Praeterea, erroneum est supponere hominem intellectu praeditum non posse desiderare alia et meliora quam ea quae ei sunt naturalia. Homo enim omnia concipere et iudicare potest; quamdiu minus quam infinitum habet et possidet, aliquid melius concipere potest et quod est melius iudicare potest et quia est melius Deo volente et dante desiderare potest.

5. Unde absonum non est quod supernaturalis finis naturaliter desideratur. Nam natura non desiderat finem supernaturalem ac si naturalis esset; desiderat sub ratione supernaturalis et expectat non a se sed a Deo si velit. Ne ue desideria naturalia ad fines naturales ~~per~~ restringuntur: ita quidem restringuntur desideria naturalia et efficacia eorum quae natura per se attingere potest; sed non ita restringuntur desideria naturalia et conditionata eorum quae Deus potest naturae largiri.

6. Neque sequitur inane naturae desiderium in hypothesis naturae purae. Sequeretur inane desiderium si hoc desideratum non esset conditionatum. Sed desiderium conditionatum non est inane ~~ideoque~~ quod conditio non impletur. Ut desiderium sit inane requiritur vel quod desiderium sit inconditatum et non impletum, vel quod desiderium conditionatum cum conditione impleta sit non impletum.

quid sit naturale desiderium videndi Deum per essentiam.

1. Intellectus proprie^{dictus} est potentia qua res cognoscuntur per suas essentias, per species intelligibiles ipsis rebus proportionatas.

Sic obiectum nostri intellectus est quidditas rerum materialium.

2. Intellectus communiter^{dictus} est discursus conscientiae rationalis, in cognitis essentiis fundatis et ad alias cognoscendas inquirens.

Sic obiectum nostri intellectus est ens et verum.

3. Porro haec duo non pertinent ad diversas potentias sed ad eandem; idem intellectus agens efficit species intelligibiles quibus essentias rerum ~~intra~~ intuemur et efficit discursum ab una specie in aliam deveniendam; idem intellectus possibilis et recipit species quibus proprie intelligit et verba (definitiones et iudicia) quibus communiter intelligit.

4. Proinde, latius patet obiectum nostri intellectus discurrentis quam obiectum intellectus nostri proprie intelligentis.

Discurrens enim omnia quaecumque concipere et iudicare potest; sic obiectum suum est ens in tota sua latitudine.

At proprie intelligens non potest nisi species rerum materialium in se formare.

5. Quatenus ergo intellectus est, tendit in cognitionem quidditativam; quatenus vero discursus est, tendit in absolute omnia; quibus simul coniunctis exurgit desiderium omnia quidditative cognoscendi -- id quod includit visionem Dei per essentiam, et pro perfectione huius visionis/nihil ei addit.

parum vel/

6. Tale desiderium visionis Dei est desiderium finis supernaturalis; nam quatenus intellectus naturaliter cognoscit quidditates, etiam naturaliter limitatur ad quidditates rerum materialium; quatenus vero naturaliter cognoscit omnia, limitatur ad modum analogicum per conceptus et iudicia.

7. Tale desiderium visionis reapse existit in nobis; nam principium et ~~vis~~ finis in nostra intellectione pertinet ad intellectum proprie dictum; principium est admiratio, inquisitio tou cur; finis est contemplatio veritatis intelligibilis; discursus est medium aliquod inter admirationem et contemplationem; ordinat admirata ut ordinata contemplerur.

Proinde discursus omnia ordinat, nam se extendit ad omnia, ad ens in tota sua latitudine. Existit ergo tendentia ut omnia ordinata contemplerur; quae tendentia sponte ex natura oritur et tamen per naturam, ut tandem denique invenimus, perficit in talem finem perducit simpliciter non potest.

At quod nos per nos ipsos facere non possumus, ab alio pro nobis effici speramus et desideramus. Oritur ergo ~~ex~~ ex nostra constitutione naturali desiderium ut Deus nos elevet ad vitam aliquam supernaturalem in qua omnia ordinata quidditative contemplari possimus.

Quid sit naturale desiderium videndi Deum per essentiam.

1. Intellectus proprie dictus (intus legere) est potentia simul activa et passiva, faciens et recipiens species intelligibiles ad cognitionem quidditativam habendam

Intellectus communiter dictus est eadem potentia quae sui conscia discurret per conceptiones et iudicia. Et sic procedit in ens et verum.

Proinde, naturaliter discursus se habet ut medium: principium omnis intellectionis est admiratio, inquisitio causarum; finis est contemplatio veritatis intelligibilis; atqui tum admiratio tum contemplatio pertinent ad intellectum ~~prioris~~ proprie dictum; ~~ergo~~ discursus vero est medium inter admirationem initialem et contemplationem finalem.

2. Naturaliter proportionatur huiusmodi intellectus ad contemplationem veritatis totius per species ex sensibilibus haustas.

Contemplatio est totius veritatis: nam obiectum intellectus discurrentis est ens et verum sine restrictione.

Contemplatio est per species ex sensibilibus haustas quia intellectus proprie dictus est solummodo admiratio et post discursum contemplatio. Intellectus noster magis est ratio intellectualem naturam participans quam intellectus simpliciter dictus.

3. At naturaliter est capax hic noster intellectus concipiendi altiorem et perfectionem finem quam hic finis naturalis.

Quia cognoscit quidditates sensibilibus et excogitat omne ens et verum et intelligit omne ens habere quidditatem, scit quod datur aliqua contemplatio quidditativa totius entis et veri seu visio Dei per essentiam; praeterea scit talem visionem esse maxime desiderabilem; probabilius anceps haeret utrum talis visio sit sibi possibilis; sed tamen potest desiderare et quod sit possibilis et quod Deus pro sua bonitate eam ei largiri velit.

4. Tale desiderium dicitur naturale ratione originis: oritur enim ex coniunctis tendentiis nostri intellectus cum in quidditates tum in totum ens et verum; haec componendo, statim apparet possibilitas alicuius contemplationis quidditativae ipsius entis totius eiusque maxima desiderabilitas.

At quamvis sit ita naturale ratione originis, pariter est in se conditionatum et ratione tum adeptionis tum volitionis adeptionis quod

Est in se conditionatum quia non omnino clarum est/talis visio sit nobis possibilis

Est conditionatum ratione adeptionis, nam adeptio talis visionis, etsi nobis possibilis, tamen non a nobis pendet sed a gratuita Dei voluntate.

Est conditionatum ratione volitae adeptionis, nam bonus homo non vult absolute sed sub conditione quod Deus ita velit

5. Tale desiderium eodem modo est naturale quo naturale est homini excogitare utopias politicas easque admirari, contemplari

Visio enim Dei est utopia utopiarum; tendentia in hanc visionem est causa excogitandi omnes utopias.

Tendentia est vere naturalis: nam in quidditates pergens, discursus ordinat omne ens et verum; naturaliter eo usque pergit quo potest; et ulterius pergeret si posset; et posset si possibile esset et Deus daret....

absolute
1

Quid sit naturale desiderium videndi Deum per essentiam.

1. Intellectus noster sive agens sive ^{possibilis} ~~patiens~~ specificatur ab infinito.

Intellectus enim agens est potens omnia facere, possibilis vero est potens omnia fieri. Specificatio ergo est per "omnia"; cum haec "omnia" vere omnia includant, dicunt infinitum. Et hinc communiter dicitur quod obiectum intellectus est ens in tota sua latitudine.

2.

Quod videre Deum per essentiam est absolute supernaturale.

1. Triplex est radix divisionis relate ad operationes cognoscitivas.

Primo, datur ipsum obiectum cognitum, puta, bovem, hominem, angelum, Deum.

Secundo, datur modus quo obiectum attingitur, puta, per speciem intelligibilem obiecto proportionatam, per speciem analogicam cui accedit via negationis, eminentiae, affirmationis.

Tertio, datur potentia in qua fit attingentia obiecti

2. Videre Deum per essentiam est infinitum primo modo et altero sed non tertio.

Est infinitum primo modo seu ratione obiecti in se, nam Deus est infinitus.

Est infinitum altero modo seu ratione obiecti formalis, nam videre Deum per speciem Deo proportionatam est videre Deum per speciem infinitam, per ipsum Deum.

Est finitum tertio modo, nam actus videndi non est noster nisi in nostra potentia rite disposita recipitur; proinde neque ipsa nostra potentia intellectiva est infinita, neque dispositio ad potentiae per lumen gloriae est infinita; nam ipsum lumen est creatura quaedam.

3. Ipsa cognitio qua Deus se cognoscit est infinita tribus modis: obiectum in se est infinitum; attingitur per ipsum infinitum; et non recipitur in potentia intellectiva finita. Quae Dei cognitio nominatur comprehensio; et est soli Deo possibilis; nam creatura necessario eatenus cognoscit quatenus potentia sua actuatur; si vero potentia actuatur, excluditur tertia infinitas.

4. Nostra terrestris cognitio Dei est infinita uno modo: ipsum obiectum cognitum est infinitum; sed species qua cognoscitur est finita et analogica; et haec species in potentia recipitur.

5. Caelestis autem visio Dei est infinita duobus modis: ratione obiecti et ratione speciei qua obiectum attingitur; non autem ratione potentiae actuandae.

6. Visio caelestis est absolute supernaturalis.

Nam est per speciem infinito proportionatam; atque quod infinito proportionatur excedit proportionem cuiuslibet naturae creatae vel creabilis; ergo.

7. Quod visio caelestis est absolute supernaturalis non excludit quod intellectus noster naturaliter se habet ut materia remota ad talem visionem. Nam proportio materiae remotae ad formam non est proportio naturae quam supernaturale excedit; proportio enim materiae remotae dicit solam remotam possibilitatem, et sola remota possibilitas non constituit sive debitum sive exigentiam; secus omnia remote possiblea essent debita, quod est absurdum.

De ratione supernaturalitatis.

Supernaturale in genere est quod excedit proportionem naturae.

Natura est substantia (essentia substantialis, id cui competit esse per se) secundum ordinem suum ad operationem.

Proportio naturae est ad omne quod constitutive, consecutive, exigitive ad naturam pertinet.

Constituitur natura sive sola forma (angeli, Deus) sive forma et materia.

Consequuntur naturam stricte potentiae et alia accidentia quae ex essentia substantiali profluunt; late etiam consequuntur esse ad formam vel essentiam, operationes ad potentias accidentales.

Exiguntur a natura omnia quae requiruntur ut natura sit et operetur secundum suam essentiam substantialem.

Excedit proportionem naturae quidquid est altioris gradus entis vel perfectionis quam omnia quae intra naturae proportionem inveniri possunt.

Relative supernaturale est quod excedit proportionem huius vel illius naturae; puta, vitam angelicam excedit proportionem naturae humanae.

Absolute supernaturale est quod excedit proportionem cuiuslibet naturae finitae, sive creatae sive creabilis; quod est absolute supernaturale ergo est quid pertinens ad ordinem infiniti, ad~~pro~~ proportionem infiniti solius.

Exigentiae supra definitae sunt stricte dictae.

Late dicuntur exigentiae quae quamvis non ad naturam pertineant ratione ipsius naturae tamen ei aliquo modo debentur ratione infinitae Dei bonitatis. Augustinenses admittunt gratiam esse inter exigentias naturae late dictas; quae sententia a reliquis theologis reprobatur; et recte quia nullus sensus tali debito attribui potest (aut enim debitum debetur debite alicui, aut nullo modo debetur; et Augustinenses admittunt hoc debitum nulli deberi).

Improprie dicuntur exigentiae quae nullo modo exiguntur sed meras possibilitates annuntiant: puta possibile esse haec elementa chimica intussuscipi ab arbore vel alio vivente et ita vitam participare per modum materiae; at talis participatio vitae non debetur neque exigitur ab elementis chemicis. Et generatim ea ad quae natura se habet ut materia remota sunt quidem possibilia et tamen sunt ultra proportionem naturae.

Obiectiones

Atqui ne remote quidem tendit in infinitum

Resp. Est quaestio facti; sunt qui cognoscant et sunt qui non cognoscant

a Differentia inter S. Aug et S. Th. non in eo est quod ille profunde, hic superficialiter cogitavit, ut quidam volunt; uterque profundissime, sed ille ut amator hic ut specialista

Aug. posuit in nobis aliquam visionem veritatis incommutabilis, id est ipsius absoluti, ut explicaret iudicia communissima et quaelibet.

Aquinas hoc non prorsus negavit. Sed id quod Aug dixit esse quoddam visum, hoc idem non visum sed ipsam nostram naturam intellectualem esse Aquinas affirmavit

I 89 3 lm; 84 5; De Sp Cr 10 c et 8m

b Quid sit cognoscere verum

Non est videre identitatem inter ens qua notum et ens qua ignotum, id est comparatio intellectus et rei; hoc est absurditas puerilis; ignotum non est terminus comparationis.

Ad veritatem pervenimus duplici gressu: 1o non possum aliter iudicare; contradictorium a mea mente excluditur; 2o id quod est necessarium in mea mente est absolute necessarium, omni tempore, omni loco, in toto universo, in quolibet mundo possibili. Cur? quia mens mea commensuratur toti enti; est potens omnia. De Ver 1 a 9

c Quid sit concipere ens.

Non est quaestio de voce, neque de significatione vocis, sed de actu quodam conscientiae rationalis, de dictione interiori

Non pertinet actum illum quo potentialiter intelligibile in phantasmate transit in actualiter intelligibile in intellectu; solus Deus est ens actu intelligibile CG 2 98

Non est abstractio in sensu ordinario praecisionis: a nullo abstrahit sive actuali sive possibili

Non habet sufficiens causa in sensu: nam includit universum, et non tantum sensibilia; includit immaterialia et sensus est materialium; includit necessarium est sensus est contingentium

Quod sensus non est totalis causa: I 84 6 c fin; lm; 3m

Habet sufficiens causa in "potens omnia facere"; pertinet ad potens omnia fieri, non actu suo passivo quo movetur a phantasmate, sed actu suo activo quo reflexe intendit, reflectitur, definit.

Est primus gressus in omni definitione; est ipsa reflexa intentio dicentis; est abstractio totalis eo sensu quod haec intentio dicentis ens, est intentio nondum a quolibet objecto determinato; nam quam primum determinatur, "ens" esse desinit et fit aliquod genus; est rationalis et conscia expressio sui ipsius potentis omnia facere et fieri.

Difficultates

1. Si Deus ipse est species secundum completionem actus, tunc visio Dei non esset nostra operatio

Non esset actuatio nostra potentiae, N; haec actuatio non esset a nobis producta sed in nobis tantum recepta, C

2. Atqui requiritur ut sit a nobis producta ut sit nostra operatio immanens.

A multis ita docetur, C; ab optimis, N (Explicite negatur a Caletano, implicite, a S. Thoma) utique de sensat. int

Actus sentiendi est actus in nobis a sensibili productum (I 85 2 3m; Quod 5 9 2m; 4 d 50 l 4 sol; De An 2 lect 13 §393)

Sensibile in actu est sensus in actu (Roland-Gosselin) I 77 3 c; II lect 6 §305

I 18 3 c I 56 l (datur duplex calor, ideoque productio; sed una species) non "a quo" sed "quo" De Sp Cr 9 6m (formale quo)

De Ver 8 6; sicut effectus ad causam; cf I 9 2 (Ott I 48a 11f) impossibile quod actus a nobis productus sit ad Deum sicut

actus ad potentiam, sicut esse ad formam. Quod probaremus, aut infinitum, aut non; intelligere est pati I 79 2; quod producimus est verbum (Supp 92 l 4m)

3. Sic videremus Deum non nostro actu sed actu quo Deus ipse se cognoscit

non nostro quatenus non a nobis producto, C; quatenus non in nobis recepto saltem eminenter, N;

actu quo Deus se cognoscit, adequate N, inadequate sub-dist nos videmus subiecto, potentia, radicali capacitate, dispositione ad actum, et actu ipso; si unum tollatur, tollitur visio.

Deus se comprehendit quatenus ipse actus quo est, est subiectum, potentia, capacitas, dispositio proxima, species, et actus.

INADEQUATE sub-dist: cognitione numero vel specie eadem, N, specie diversa, C (Deus se comprehendit; nos videmus, intuemur) Suppl 92 l 2m

4. Actus qui actuat potentiam non potest praexistere potentiae Respondeo ex analogia mysteriorum DB 1796

Anima separata est actus primus corporis resurrecti; at tamen praexistit, nam ante unionem corpus resurrecturum nondum est corpus nisi aequivoce

5. Unus actus non potest simul actuare multas et diversas potentias Si receptio in potentia restringit actum ad hanc potentiam et aliam excludit, C; si posita receptione actus manet infinitus, N

6. Actus limitatur per potentiam in qua recipitur. Potentia ad infinitum, N; potentia ad finitum, C

7. Atqui non datur potentia ad infinitum

Praenoto: potentia est ordo ad actum; pro diversitate potentiae, datur diversitatis huius ordinis seu proportionis.

proportio essentiae ad esse (salva theoria Incarnationis) est adaequationis; essentia limitat esse ad talem categoriam entis.

Proportio materiae ad formam ~~est~~ non est adaequationis: corpus materiale habet proportionem potentiae ad animam immaterialem, intellectivam, immortalem.

non datur potentia ad infinitum, in linea essentiae ad esse, Transeat in linea potentiae passivae ad actum, ~~sub-dist.~~ potentia naturali propria C

muta N

Indivisibile

Non est actus
de parte et materia
proportio ad actum
sola anima
pro operatio sua
in
anima huius
subiectus
I 75 3

Actus purus est
id quod est cognoscere
ad id quod est
natura visio
ut visio est nostra
non sufficienter
purus, sed
natura potentiae
actuata

haec non
est visio
impossibile

Quid sit videre Deum per essentiam.

Primo, quid sit quaelibet visio essentiae.

Secundo, quemadmodum concipiatur essentia Dei. *Rememorandum concipitur hinc*

Tertio, quid requiratur et sufficiat ut verum sit, hunc hominem videre Deum per essentiam.

Primo, quid sit quaelibet visio essentiae.

1. Intelligere dicitur dupliciter, proprie, prout obiectum intellectus est quid, propter quid, quidditas, essentia, natura, et communiter, prout obiectum intellectus est verum et ens.

Proprie, intelligere significat subitum et illuminosum intuitum intellectus, simplicem apprehensionem intelligibilis; sic est "intus legere;" Eureka, Newton.

Communiter, intelligere significat discursum rationalem, processum ex uno in aliud, secundum principium rationis sufficientis, per modum intendentis, dicentis, exprimentis.

L'intuition intellectuelle; la pensee pensante.

2. Intelligere communiter dictum, seu cogitare, includit tres actus: definitio ut sciamus de quo cogitemus; iudicium quo componimus vel dividimus definita; ratiocinatio qua de aliis iudiciis in aliud proceditur.

3. Intelligere proprie dictum etiam includit tres actus: intellectus ut principium rationis, quod praecedit definitionem; intellectus intermedius seu criticus, qui sequitur definitiones sed praecedit iudicium; intellectus contemplativus qui sequitur iudicium et contemplatur veritatem intelligibilem.

intuetur in phantasmate/ sed/

4. Intellectus ut principium rationis. Quattuor quaestiones: an sit, quid sit, quia est, propter quid est. Harum diversitas: centaurus, an quid; homo est animal, an, cur. Harum proportio: eclipsis lunae.

Sensus dant an sit, modo globali, sine distinctis quidditatibus.

Intellectus admirans, illuminans phantasma, quaerit quid et propter quid. Quid = re causa materiae, medium scientificum inter sensibilia et categorias cogitationis, forma, totum et in se.

Post intuitum totum intelligibilis in phantasmate, intellectus vel reflexe cognoscit singulare, vel directe format universale, *TS 7. 571* re forma + materia communis; materia communis = id quod in phantasmate est de ratione formae, caro et ossa sed non haec caro et haec ossa.

Formatis universalibus, sequuntur distinctiones, definitiones.

5. Redit quaestio, an sit, sub forma clara et distincta. Praeterea, adsunt universalis, componenda et dividenda, unde iudicium.

Iudicium praesupponit elaboratum schema categoriarum: aetas rationis, maturitas (adolescentes non in Ethica), specialitas.

Iudicium praesupponit exclusionem contradictorii: unde ratio resolvit in principia, intellectualia, sensum, imaginationem.

Proinde intellectus per modum unius haec multa apprehendit: habetur motivum formale iudiciandi; visa necessitas huius iudicii ex his cognitis per intellectum et sensum.

Iterum et profundius redit quaestio, an sit re vera, absolute, valide pro universo, omni tempore, omnibus mundis possibilibus. Ubi quaeso videmus verum. Aug: in rat aetern. Thom: in natura principii activi. Admiratio universalis, potens omnia facere, infinitum potentiale.

Hoc perspecto, ratio dicit, est; et in hoc rebo utitur contemplatio veritatis intelligibilis.

Tuota in hanc materiam

Rememorandum concipitur hinc

*Scotista: intelligibilis compositio conceptus
Aristo, Metaph: in phantasmate, Lib I, 1*

*pro-conceptuali
sistens
sunt le motillage*

relative music

Secundo, quemadmodum concipiatur essentia Dei.

2. De analogia quidditatis.

Nos cognoscimus per sensum, intellectum, et conscientiam rationalem, quia objectum nostrae cognitionis non est pure intelligibile. Consistit non ex pura forma, sed etiam ex materia et existentia contingenti; materia non est in se intelligibilis sed per habitudinem ad formam; existentia contingens non est in se intelligibilis sed per habitudinem ad esse necessarium; unde praeter intellectum quo cognoscimus formas, habemus sensum ad directam apprehensionem materiae, et conscientiam rationalem ad cognitionem existentiae contingentis

Per sensum quodammodo cognoscimus existentiam; sed nondum cognoscimus quid; requiritur conscientia rationalis ut haec duo in unum actum conflantur et uno actu cognoscuntur.

Sed quaelibet substantia separata non habet materiam vel sensum; unde non rationalis sed intellectualis; non intelligit inquirendo quid de sensibilibus

Praeterea, in nobis intelligibile in actu et intellectus in actu sunt idem; sed intelligibile potentia et intellectus potentia non sunt eadem; intellectus est nostra facultas; intelligibile potentia est forma rei materialis. Quod non valet de substantiis separatis, cum eorum intelligibile non est forma rei materialis.

In his quae sunt sine materia, idem est intellectus et intellectum; I 14 2; 14 4 c & 3m; 56 1 c fin; 87 1 3m

Denique in Deo non solum habetur forma sine materia sed etiam existentia non contingens sed necessaria seu in se intelligibilis; unde in Deo omnibus modis cognitio est per intelligere proprie dictum; Deus est suum intelligere, actus purus intelligendi sicut et essendi.

Unde intelligere Deum est esse Deum

Unde propria Dei intelligentia seu Dei comprehensio per intellectum est impossibilis cuilibet creaturae

3. Videre Dei essentiam medio modo se habet inter intelligere Deum quod est esse Deum et, alia ex parte, cognoscere Deum analogice per conceptum entis etc. Quid vero sit hoc videre, inquirendum.

~~Erit cognitio. Cognitio vero est perfectio, actus. non est actus materialis sed immaterialis; materia enim constringit ad individuum, sed cognitio est esse aliud aliquomodo. Praeterea, cognitio non solum est actus immaterialis sed etiam correspondet obiecto cognito; nisi similis actus cognitionis relate ad obiectum cognatum, obiectum non cognosceretur, sed aliud quid cui actus est similis. Ergo cognoscimus Deum in se in quantum potentia nostra intellectiva actuatur actu quodam immateriali simili Deo.~~

~~At nullus actus est similis Deo: Deus non est multiplicabilis actus; est infinitus; supponi nequeunt duo actus infiniti, nam in nullo different; et in nullo differentes, unus et idem actus essent.~~

~~necesse ergo est ponere actualisationem nostrae potentiae intellectivae per actum infinitum.~~

~~Porro, talis actualisation non potest esse per receptionem actus infiniti in nostra potentia intellectiva; nam quod recipitur in potentia, per potentiam limitatur; sed infinitum excludit limitationem.~~

~~Ergo est per actualisationem eminentem: recipitur in intellectu aliquid finitum, vicarium, relativum; quod quod non est actus qui perficit potentiam, sed quod actus alius et infinitus perficit qui recipiatur. Et hoc est lumen gloriae.~~

latus, quid requiritur ut verum sit: hic homo videt Deum per essentiam.

1. Veritas est adaequatio intellectus et rei; condiciones veritatis propositionis sunt conditionis realitatis per propositionem intentae.

2. A) subiectum; B) potentia intellectiva; C) remota saltem capacitas huius potentiae ad hunc actum; D) species qua assimilatur potentia ad obiectum; E) actuatio huius speciei si non est secundum completionem actus (I 79 6 3m); F) proxima dispositio ad speciem si potentia de se non sit proxime disposita.

3. Sine subiecto non datur cognoscens.

B) Sine potentia intellectiva qua potentia, cognitio non inest cognoscenti; non erit quod dicitur actus vitalis subiecti.

Contra Averroistas: qui negabant singulis hominibus inesse intellectum possibilem, respondebat Aquinas; sic non esset verum quod hic homo intelligit.

Sine potentia intellectiva qua intellectiva, non adesset remota capacitas Deum videndi; nam requiritur potentia cognoscitiva spiritualis ad directam cognitionem rei immaterialis. (*generica*)

C) Cum potentia intellectiva habetur remota/capacitas ad actum: nam intellectus habet pro obiecto ens, infinitum ~~potentiale~~ quia in se includit omnes differentias entis et extra se non datur nisi impossibile, sed infinitum ~~potentiale~~ (non actuale eo modo quo in Deo qui se cognoscens actu cognoscit omnia actualia et possibilis.)

virtutalis

D) Sine specie, non datur cognitio obiecti: secundum principium assimilationis, actus cognoscitivus est eius cui est similis; cognoscere obiectum est esse obiectum, saltem per assimilationem.

Talis species non est nisi ipse Deus: nam similis infinito est solum infinitum; et hoc in nullo differt ab infinito; ideoque est identicum. Non dari possunt duo infinita. Nam alterum ab altero aut differt aut non. Si differt unum non est infinitum sed aliquid minus. Si non differt, est unum est idem. I 12 2

E) Species : intelligere :: forma : esse (I 14 4 0; 34 1 2m)
Forma : esse :: potentia : actum :: Deus : idem Deus tantum
Ergo necessario intelligitur Deus-species tanquam species secundum completionem actus.

F) Cum remote tantum intellectus est capax huius actus requiritur dispositio proxima, quae dicitur lumen gloriae I 12 5

f Requiritur ergo ergo
A) subiectum quod dicitur
B) potentiam intellectivam quam habemus, infinitam ~~est~~.
C) dispositivam potentiae ad infinitum actualem
D) actualem potentiam dispositivam per actum per se
secundum rationem speciei intelligibilis.

Naturale desiderium et supernaturale.

1. Duplex causa efficiens nostrae cognitionis intellectualis
Sine dubio vos magna ex parte hoc negatis; creditis solam sens suff
a: sensus, phantasma; est instrumentum, materiae causae I 84 6 c fin
non est totalis causa: c, 1m, 3m

*id quod Augustinus
dixit hominem videre
in veritate incommutabili,
hoc idem non visum
quoddam sed ipsam
nostram naturam
intellectualium esse
affirmavit.*

b: intellectus agens: potens omnia facere; in singulis hominibus
I 89 3 1m; I 84 5; De Sp Cr 10 c et 8m
quod admiramur, quod inquirimus, quod attingimus intelligibilia
actu, quod possumus reflectere super cognitionem nostram
et definire, quod possumus iudicare veritatem -- nihil horum
ex sensu.

*non per se dicitur "sens" et avocata credo
non se in quid dicam*

veritas: non per comparisonem entis noti cum ente qua ignoto;
sed per analysin naturae intellectus nostri, eius principii
activi (De Ver 1 9) I 84 6 1m; 84 8 -- quia hic actus nobis
necessarius, et quod nobis necessarius est absolute necessarius
quia potens omnia est participatio absoluti qua absoluti

c: conceptus entis [non iudicium quod aliquid est: hoc requiritur] non conceptus Scotisticus, intendo in phant abstrahendo
a phantasmate; nullo sensu est abstractio, a nulla entitate
reali actuali possibili praescindit; non est directa
cognitio tou intelligibilis nam includit in se materiam
et contingentiam; non potest causari a sensibilibus nam transcendens.
est primus gressus intellectus consens et reflectentis
super quid; est ipsa pura intentio reflexionis, antequam
determinetur ab eo super quod reflectitur; est expressio
ipsius naturae intellectus agentis, potens omnia; procedit
enim non a sensu, quamvis in sensibilibus verificetur,
sed ab intellectu agente ubi sola eius causa sufficiens
habetur, et proxime ab intellectu possibili actu intelligente
vide Adamczyk, de objecto formali pp 74 "ens quod
fundamentaliter et potentialiter proxime invenitur in
omnibus quidditatibus"

*intelligibile requiritur
tantum per naturam
alicuius formali,
et per determinatum*

*quam primum
aliam determinationem
accipiat, non iam est
ens sed quoddam genus*

2. Tendit in objectum "ens totum cognoscendum" et tendit secundum
modum suum proprium, per ens virtualiter infinitum, non per ens
actualiter infinitum.

Quid est assertio desiderii naturalis visionis.

Est assertio quod tendentia primario est in objectum et
secundario in talem modum attingendi objectum.

Exigentia actualis mensuratur ex tendentia in objectum formale,
ex objecto simul cum modo attingendi. Unde nulla exigentia visionis.

Sed ipsum desiderium per prius vult objectum, et propter
objectum vult modum tendendi.

actu elicitio/

Quod vult alium modum quam natura dedit est rebellio contra
Deum et suam naturam. Unde potest habere *visio* *actu elicitio et voluntate* *visio*

Sed si additur alius modus tendendi, non requiritur ut addatur
etiam novum desiderium objecti; sufficit desiderium naturale
quocumque modo tendit, nam idem est objectum quocumque modo
tendit.

Tendentia naturalis est in objectum; virtute eiusdem tendentiae
radicalis tendit sive naturaliter sive supernaturaliter; quia idem
est objectum in utro ue casu, ens totum.

Praeterea quia reflectere potest et mensurare se ipsam, haec
tendentia et vis intellectualis potest cognoscere se non posse
umquam satiari per modum tendendi sibi connaturalem; adeo est De
receptus ut sine Deo *visio non habetur* *visio non habetur* *visio non habetur* *visio non habetur*

3. Contra supernaturalitatem visionis obicitur:

Ergo manet desiderium naturae inane, nisi datur gratia.

Resp: manet inane, proprie, N, nam probat possibilitatem visionis, et est principium quo possumus cognoscere omnia quae cognoscimus, sine quo nihil intellectualiter cognosceremus, nam ideo possumus verum apprehendere quod concipimus ens in tota sua latitudine. sine hac infinitate potentiali, cognitio nostra non esset transcendens; metaphysica esset impossibilis; veritas esset relativa, esset tantummodo id quod cogitamus et non cognitio realitatis quia non cognitio entis.

Manet inane, improprie, scilicet non impletur, C.

proxi-
mo
remotae/

Atqui desiderium naturae debet impleri, exigit impletionem suam.

Desiderium ex proportione formae, essentiae, C

Desiderium ex proportione materiae, N sub-dist. exigit possibilitatem impletionis, C; actualem impletionem, N

Terra sita in superficie Lunae potest esse materia arboris sed non actu exigit ut actu sit materia arboris. Secus omnia remote possibilia etiam essent necessaria.

Nullus sapiens queritur eo quod non actu potest volare sicut avis, eo quod sit rex vel imperator; posset volare, posset esse rex, at inde nulla vera exigentia ut volet vel eligatur rex.

2 d 33 q 2 a 2; De Malo q 5 a 3 addit quod deest pueris decedentibus sine baptismo cognitio supernaturalis

Unde concludendum quod scimus possibilitatem visionis quia scimus revelationem et intelligimus ex analogia revelationis; secus intellectus humanus non videret possibilitatem actuationis potentiae nostrae per actum infinitum.

Quantum ad proportionem materiae: 4 d 49 q 2 a 1 6m (Supp 92 1 6m) et Quod 10 q 8 a 17 ad 1m

Naturale desiderium videndi Deum non est solutio problematis critici (Marechal) sed signum solutionis: solutio est quod obiectum nostri intellectus adaequatum est infinitum potentiale; nihil est quod concipere non possumus; habemus vel habere possumus tot categorias cogitationis quot sunt categoriae realitatis possibilis; unde adaequatio mentis cum realitate.

Est per tale categoriarum systema quod realitatem cognoscimus; debemus evolvere tale systema antequam realitatem cognoscamus; unde pueri qui non distinguunt inter facta et ficta, dicuntur non habere usum rationis; adolescentes qui habent aliquatenus evolutum systema, possunt iudicare modo generali, sed nondum sufficit evolutio ad considerationem ethicorum; denique in rebus specialibus, specialistis credimus, cuique est in sua arte credendum, quia habet systema sat evolutum ad discernendum et iudicandum quid re vera sit.

Desiderium nostrum naturale est ipse impulsus theoreticus, admiratio, inquisitio de se absolute universalis

Appetendum
Non dicimus cum Kant quod impulsus theoreticus de se restringitur ad sensibilia, ita ut metaphysicam impossibile

Non dicimus quod desiderium nostrum naturale sed elicatum possit inquirere vivivivum beatificum tanquam naturalem finem - hoc excedit
alios naturales videmus / finem distinctionem → sine gratia, nulla visio possibili
sed dicimus quod de se est absolute universalis ita ut post reflexionem desiderate

potens omnia est potentia ad actum qui est omnia (immutabile)

potens omnia : quoniam esse :: potentia : actus

Quid sit naturale desiderium videndi Deum per essentiam.

1. Maximi momenti ad intelligentiam habitudinis inter naturam et gratiam; gratia perficit naturam; quia id quod natura maxime desiderat per gratiam attingitur.

Unde momentum ad vitam spiritualem; vita spiritualis regitur a fine ultimo; nondum cognoscimus finem ultimum in se, sed in ipsa nostra natura cognoscimus tendentiam in finem ultimum.

Non volo dicere quod deductione quadam ex natura possumus determinare de vita spirituali; Deus nobis dedit etiam regulas (fid voc) proximas, magis securas quam deductiones personales. Attamen habetur et videtur fundamentalis reconciliatio: Iansenistae et Puritani errant considerantes gratiam simpliciter tamquam negationem naturae

2. Nobis ergo inest lumen quoddam intellectuale in quo omnia intelligimus et iudicamus I 89 3 lm

Est participatio luminis increati (ibid) cf I 84 5 De Sp Cr 10 c&8m

Principium admirationis (quid) reflectionis (utrum verum) contemplationis.

Est suo modo infinitum (I 54 2; 79 2); dicit ens quod differentias omnes in se continet, non tamen actu sicut in Deo qui omnia cognoscit per suam essentiam, sed potentia (I 86 2); est po ens omnia facere (agens) et fieri (patiens)

At cognitio nostra incipit a sensu (quid, circa sensibilia) et fundatur in sensu (secus relationes sine relatis); quantumvis ascendat nostra cognitio naturalis, manet haec habitudo ad sensum; cognoscimus Deum ut prima causa sensibilibus; concipimus immaterialia, imaginando materialia et negando materiam. *Ecce licet in sensu, evolutione, int. relati...*

quamvis cognitio nostra incipit a sensu et manet fundata in sensu, tamen omnia reducit ad Deum: prima causa efficiens, operans omnem operationem; ultimus omnium finis, ex cuius bonitate omnia alia sunt bona; actus purus ex cuius participatione caetera actu sunt Directe actum non cognoscimus nisi potentia admixtum; causam non cognoscimus nisi causatam. Totum centrum nostrae cognitionis est Deus; et tamen de Deo nihil cognoscimus nisi per extrapolationem ex sensibilibus. Tota nostra scientia possibilis est structura circa aliquod centrum, et ipsum centrum, ex quo et in quo et ad quod omnia, manet nobis celatum. Quod magis et plura scimus, et magis scimus omne nostrum scire vere esse scire si Deum sciremus.

Unde omne nostrum desiderium sciendi est desiderium sciendi Deum. Naturaliter inclinamur in visionem beatificam tamquam finem ultimum. Hac visione habita, omnia sciremus in sua causa; sic veram vere scientiam haberemus, verus et completus intuitus.

Et hoc habito, omnia alia quae desideramus haberemus: maxima delectatio (Newton, per menses, e camera non exivit); maxime amabile, praesens perpetuo, unde maximus amor; maxima unio, unde maximum gaudium. Adveniat regnum tuum.

(ambrosianum, quam pallida imago)

Attamen: quavis infinitam potentiam naturalem tendit in infinitum actualem usque in ultimum finem, tamen haec tendentia est factum remota et posita possibilitas; non dicit existentiam; nullo minus dicit naturalem velle explicitam in rebus naturalibus - recte natura kalena rationem indicat proxime impossibile; neque, credo, videt de se et sua posse orientem possibilitatem naturalem.

Sed advenit
concomitantiam
tunc videt in

Advenit
sed potentiam
in actu
quod dicitur hic
actus -
pro eum qui
est omnia

De desiderio naturali videndi Deum per essentiam.

Qui tale desiderium asserit, sequentia asserit.

1. Asserit aliquod factum, nempe, "irrequietum est cor nostrum Domine donec requiescat in Te"

2. Quod factum sic analysi reflexa reflexa exprimitur:

- a) homo tendit in cognitionem quidditativam
- b) naturalis proportio huius tendentiae est in quidditates rerum materialium et sensibilibus
- c) at analogice homo potest totum ens concipere
- d) ideoque concipere cognitionem quidditativam ipsius entis
- e) et cognoscere talem cognitionem esse bonam et desiderabilem
- f) imo, per solam talem cognitionem satiari posse omne prorsus desiderium hominis, scilicet *unum desiderium hominis et hominis vel etiam et se transcendit per cognitionem analogice*
- g) at cum talis cognitio excedat proportionem hominis, cum tamen requiratur ad perfectam sationem appetitus humani, homo potest et horum reconciliatio habetur in eo quod homo desiderat ut Deus hominem eleve ad ordinem supernaturalem et ad talem finem supernaturalem producat.

3. Quod assertum non negat gratiam et gloriam esse supernaturales absolute; imo haec supponit. Affirmat cognitionem Dei vel entis quidditativam excedere proportionem cuiuslibet creaturae actualis vel possibilis; non posse pertinere ad constitutionem vel consecretaria vel exigentias cuiuscumque substantiae createae vel creabilis. Imo, hoc assertum de supernaturalitate gratiae non potest demonstrare ex intrinsicis nisi ab eis qui cognoscant quid sit cognitio quidditativa entis.

4. Quod assertum tamen varia negat:

- a) Negat opinionem eorum qui dicunt pariter omne hominis desiderium satiari sive naturali beatitudine sive supernaturali
- b) Negat opinionem eorum qui dicunt naturale hominis desiderium posse perfecte satiari aliquo bono creato
- c) Negat opinionem eorum qui inter sationem cuiuslibet appetitus hominis sive sit et sationem appetitus secundum proportionem naturae humanae agnoscunt nullam distinctionem.
- d) Negat opinionem eorum qui negent hominem non posse concipere bonum ultra proportionem suae naturae, non posse tale bonum desiderare naturaliter et efficaciter sed conditionate, scilicet, sub conditione beneplaciti divini
- e) Negat opinionem eorum qui non distinguant inter sationem cuiuslibet appetitus et debitum naturae vel exigentiam naturae

5. Radix oppositionis in eo est quod non intelligitur

- a) aliud esse id quod sequitur proportionem naturae, id quod pertinet ad constitutionem, consecretaria, exigentias naturae
- b) aliud esse id quod Deus potest facere ultra talem proportionem

c) creatura rationalis potest utrumque cognoscere, et aliud alio praeferre Deo volente

- d) et eo ipso quod creatura rationalis hoc potest facere habetur in creatura tendentia ad transcendentiam ipsius creaturae; quae tendentia non est efficax eo sensu quod creatura potest vel Deus debet eam efficere; sed est efficax eo sensu quod creatura potest Deum orare et Deus potest si vult eam concedere

cum ipsi
non intelligunt
quid sit
transcendentia
rationi naturali
vera et plena
finis
proferunt

Et ipso quod
homo cognoscit
et cum aliis
naturae componit
habetur humana
facilem in homine;

quae transcendentia est in ordine cognitionis non in ordine essentiae; desiderium est in ordine cognitionis; essentia est in ordine essentiae, potest ab homine orare

Quale sit naturale desiderium videndi Deum per essentiam

CG III 50 fin: "Erubescant igitur qui felicitatem hominis tam altissime sitam in infimis rebus quaerunt."

CG III 57 §4: "Supra probatum est quod omnis intellectus naturaliter desiderat divinae substantiae visionem. Naturale autem desiderium non potest esse inane. Quilibet igitur intellectus creatus potest pervenire ad divinae substantiae visionem, non impediente inferioritate naturae."

CG III 63 Quod in illa felicitate omne desiderium completur

§2: "Est enim quoddam desiderium hominis in quantum intellectualis est de cognitione veritatis; quod quidem homines consequuntur per studium contemplativae vitae. Et hoc videm maxime in illa visione consummabitur quando per visionem primae veritatis omnia quae intellectus naturaliter scire desiderat ei innotescunt...."

seqq. probant complementum omnis desiderii ex hac radice.

Comp theol. c. 104: legitur integrum caput

Quale ergo naturale desiderium

Est nostra potentia intellectiva, activa et passiva, potens omnia facere et fieri.

Omnis natura naturaliter inclinatur in propriam operationem; sed intellectus est facultas transcendens, tendit in omnia; vult intelligere et quidem omnia; inquisitio, desiderium sciendi, non satiatur infra cognitionem ipsius esse infiniti

Quale sit desiderium naturale videndi Deum per essentiam

I 80 1 c: appetitus naturalis, ipsa inclinatio formae seu tendentia in op rationem propriam; invenitur in qualibet forma appetitus specificus: ~~no~~ inclinatio sequens apprehensionem, scil. sequens formam non naturaliter inditam sed cognitione acquisitam; dividitur in sensitivum et rationatem

I 60 1 c: adest appetitus naturalis in voluntate; dilectio naturalis.

I-II 5 8: non agitur de actu elicito voluntatis; non omnes ita volunt

I 62 2 c: videtur excludere naturalem appetitum voluntatis ad Deum videndum (? dico "videtur" quia loquitur de naturali motu) attamen haud intelligitur hic locus si Aq intellexit nostram naturalem desiderium pertinere ad voluntatem

Remanquitur quod agitur de inclinatione naturali intellectus; nam in parte spirituali aut intellectus aut voluntas; praeterea, Aq ponit intellectum principalem in beatitudine, voluntatem per se accedens. Et hoc probatur per textus.

Primum dicitur Metaphysicorum
CG 3, 25, §12-13: Naturaliter inest homini desiderium cognoscendi causas; probatur ex Met 1 ubi Ar de admiratione; nec sistit inquisitio donec ad primam causam; tendit naturale desiderium hominis in sciendo ad aliquem determinatum finem, qui est Deus cognoscendus

CG 3 48 §2: Non est beatitudo perfecta in hac vita, quia non potest esse scientia perfecta in hac vita; ergo naturale desiderium non potest quiescere in hac vita.

3 48 §13: Posterius inveniunt alia ab iis quae a prioribus inventa sunt, ut dicit Phil Met 2 lect 1 §288; "non ergo homines in cognitione veritatis sic se habent quasi in ultimo fine existentes"

3 48 §14: Debemus saltem intelligere omnia materialia; quod non facimus; ergo non in ultimo fine. Prob. maj. "intellectus est quod est potens omnia facere et fieri"

CG 3 50 Quod non quiescit desiderium naturale subst sep in cognitione quam naturaliter habent de Deo.

§1: omne imperfectum desiderat perfectum in eadem specie; opinio incitat ad scientiam; praecipuum est cognoscere "quid est" seu essentiam

§2: cognitio effectibus incitatur desiderium ad cognoscendas causas

§3: non quietatur intellectus cognoscendo "quia" vel "an est" vult scire "quid" et "propter quid"

§4: nihil finitum potest quietare desiderium intellectus; remanet inquisitio

§5: sicut adest naturale desiderium sciendi ita etiam ignorantiam depellendi; sed imperfecta Dei cognitio cognoscitur ab intellectuali natura praecise quam imperfecta; ergo

§6: quo plus intelligimus, eo magis intelligere volumus et; sed nos desideramus; ergo intensius subst sep desiderant quam nos

§7: "In quo etiam satis apparet quod in nullo alio quaerenda est ultima felicitas quam in operatione intellectus, cum nullum desiderium tam in sublime feratur sicut desiderium intelligendae veritatis; omnia namque desideria nostra, vel delectationis vel cuiuscumque alterius quod ab homine desideratur, in aliis rebus quiescere possunt; desiderium autem praedictum non quiescit nisi ad summum rerum ordinem et factorem pervenerit"

De Naturali Desiderio Videndi Deum per Essentiam

10. Non videtur doceri ante Contra Gentiles

2 d 33 q 2 a 2: Utrum doleant pueri decedentes sine baptismo
Nihil dicitur de nat des vid D per essentiam; pueri non
proportionati; nulla adest voluntas ordinata impossibilium

4 d 49 q 2 a 1: Ponitur quaestio de visione Dei propter fidem,
sicut philosophi Arabes propter contemplationem subst. sep.

De Ver q 8 a 1: Fundamentum in fide; unless one sees God in his
essence, beatitude not in God but in creatures

De Ver 14 a 2: Vires naturales non sufficiunt ad obtinendum,
cogitandum, desiderandum; proportio in finem supernaturalem
ut desiderium habeamus, est per fidem (argumentum non apparentium)
II-II q 4 a 1 c: eadem generalis notio sine tamen hac affirmatione;
fides est inchoatio sed non dicatur inchoatio radicalis proportionis

Boet 6 a 4 ad 5m: inclinatur in finem ultimum; adest alia expressio
simillima eis quae postea; sed re vera nihil de desid natur
videndi Deum per essentiam.

Quod E 7 8 a 17 c: sicut dicitur de Ver. 8.

20. Clare docetur inde a Contra Gentiles. Tract de beatitudine III 25-63

III 25 §§ 12, 12, 13

III 48 §§ 2, 12, 14

III 50

III 57 § 4

III 63

III 51 ss de possibilitate visionis quam antea tractavit.

Summa I 12 1 c; 62 1 c; I-II 3 8 (implicite sed clare III 9 2 3m)

Comp Theol. c 104.

Argumentum ex ratione theologica.

1. Loquimur de desiderio hominis quod nisi per Deum satiari nequit.
"Irrequietum est cor nostrum donec requiescat in Te"
Est communis locus praedicatorum. Sed quid sit exacte ista inquietudo?

2. Cognitio finis maxime confert ad totam rei cognitionem. At
finis est nobis ignotus in se: oculus non videt nec auris audivit...
Sed id quod cognoscere possumus est hanc nostram tendentiam in infinitum

Ad cognoscendam naturam humanam. Excessus sexuales, politici,
oeconomici explicantur per aberrationem: volunt infinitum ubi non
est.

Ad cognoscendum vitam spiritualem. Principium et fundamentum.
Insertio gratiae in natura: gratia non est simplex negatio naturae
(Iansenismus, Puritanismus); sed eius perfectio, adiuvat ad obtinendum
id quod natura vult. /aliqua

Ad intelligentiam theologiae. Tendentia in infinitum non solum
explicat beatitudinem sed etiam poenas inferni, gravitatem peccati,
iustitiam Dei. Adiuvat praeterea ex inter-dependencia tractuum,
ex communitate notionum, ex eo quod finis habet aliquam principalitatem

NB De habitudine revelationis ad theologiam.

Considera systematizationem quam exponemus statim tamquam
exemplum effati Anselmiani: fides quaerens intellectum.

Multa dicuntur in SScr. Quaestio est quemadmodum haec omnia
per modum unius (synthetice) et cohaerenter cum reliqua SScr
apprehendere possimus.

Sic aspectus dynamicus theologiae, quemadmodum fiat.

Aspectus staticus habetur in argumentis theologis; postquam
fit systematizatio, ea quae sunt posteriora deducuntur ex iis quae
sunt priora.

Agitur de constructione argumenti quo stabilitur

1. Deum esse beatitudinem nostram obiectivam essentialem
2. Deum attingi actibus visionis, amoris, gaudii
3. Visionem esse primum ex quo caetera sequuntur
4. Ex quo sequuntur caetera quae apud SScr leguntur
5. Quod hoc argumento non tollitur notio et ratio supernaturalitatis
absolutae DB 1786

Nota: circa beatitudinem

- Benedictus XII, orta controversia utrum beatitudo incipiat statim post purgatorium finitum an solummodo post finale iudicium, definivit
- 1o quod statim in caelo sunt
 - 2o quod visione intuitiva et facili et immediata vident essentiam divinam
 - 3o quod videntes divina essentia perfrauntur
 - 4o quod ex tali visione et fruitione sunt vere beatae, habent vitam aeternam et requiem aeternam
 - 5o quod evacuatur fides et spes.
 - 6o quod inchoata talis visio et fruitio sine intermissione vel evacuatione permanebit usque ad finale iudicium ex tunc in sempiternum

Unde

- 1o Agitur de beatitudine stricte dicta: de hac enim controversia, utrum vera beatitudo statim vel aliquid minus
- 2o Definitur quod ex visione et fruitione essentiae divinae sunt vere beatae, habent vitam et requiem aeternam
- 3o Quod haec visio et fruitio est aeterna et sine intermissione
- 4o Obiectum directum definitionis est quod vera beatitudo incipit statim et permanet in sempiternum
Adduntur ad claram definitionem obiecti directi ea quae de dicuntur de visione, fruitione, beatitudine, evacuatione fidei et spei, aeternitate
Scilicet haec supponuntur ut nota et ab omnibus concessa
- 5o Unde ad minimum thesis est "theologica certa"; supponitur in definitione
In quantum adest perpetuo in praedicatione ecclesiae, est de fide catholica
Si varia capitula tamquam inclusa in obiecto directo considerantur, et eadem in revelatione inveniuntur, potest poni nota "de fide definita"
Sed melius Dugas: definitio supponit thesin, non proponit et definit thesin.

Quare

beatitudo = esse beatum = esse perfectum et hoc cognoscere
ultima perfectio rationalis seu intellectualis naturae

per essentiam: cui idem est esse et esse beatum

per participationem: cui aliud est esse et aliud beatum esse

si per participationem tunc per potentiam ad operationem qua attingitur
finis

nam esse perfectum et hoc cognoscere est actus; non actus essentiae,
quia tunc beatitudo per essentiam; ergo actus potentiae accidentalis,
et quidem spiritualis

oblectiva: ipse finis

formalis: adeptio finis

essentialis: quod ad esse beatitudinis pertinet; sine quo non beatus

accidentaliter: quod ad bene esse beatitudinis pertinet; sine quo vere beatus
accidentaliter radicaliter in multiplicitate potentiarum

supernaturalis: per operationem excedentem proportionem naturae

naturalis: per operationem secundum proportionem naturae

principale: ex quo caetera necessario profluant

derivatum: aliquid proprium, necessario ex principali profluens.